

## §. II.

Comites Palatini Tubingenses ditiones possederant sat amplas. Nimia autem liberalitate usi, praesertim in monasteria, cum largitio fundum non habet, eo tandem redigebantur, ut maximam possessionum suarum partem Comitibus Wirt. venundare necesse habuerint (a).

*Comit. Tüb.  
bing. Asperg.  
Calw. etc.*

Primum enim comes Tubingensis Ulricus lineaे Aspergensis a. 1308. castrum oppidumque Asperg cum castro Lichtenberg et Clemsgau, das Gelemsgowe, atque ad pertinentibus Comiti Wirtemb. Eberhardo ill. cederat (b).

Secundo loco Comes Tubingensis Wilhelmus partem suam Comitatus Calwensis, cuius alteram comites Schelklingenses jam a. 1308. eidem Com. Eberhardo concesserant, a. 1345. comiti Wirtemb. Eberhardo Contentioso pretio 7000 libr. vendidit (c).

Tertio jam antea comites Tubingenses Goetz et Wilhelmus a. 1342. ipsam civitatem Tubingam cum castro juribusque annexis, praesertim in monasterium Bebenhusanum, „kein Recht daran behalten, als allein die Hund, „lege zu Bebenhausen, und das Gejaid im Schön-„buch.“ Comiti Wirt. Ulrico III. pretio 20000. libr. obol. venundederant. Quorum prior, (Goez) pressus aere alieno, a. 1357.

C 5

porro

ITTAZ (d)